

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Epigramma 58. Ioannes quem prisci vates varijs ænigmatibus adumbrant,
clare digito suo demonstrat Messiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Epigramma 58.

Ioannes quem prisci vates varijs æni-
gmatibus adumbrant, clare digito
suo demonstrat

MESSIAM.

Quem prisci variâ pingunt sub imagine vates,
Dissimulat Solem discolor umbra suum.
Nunc autem veterum simulacula facessite varium.
Est index digitus, qui mihi dicat, hic est.
Felix ille dies felicior iste, sereno
Quem lux pura iubet sole perennè frui,

Epigram. 59.

Ioannes Christi laudes celebrat
ad aquas.

Mundus ouans læto canit omne & agmine Verbum;
Artificem mundi Vox ubi sancta praedit.
Id canit & resonis crepitans in vallibus amnis,
Et strepitans altis quæ ruit vnda iugis.
Suspice nutantem frondoso vertice cedrum.
Crede tot hic linguas, quo mouet illa comas.
Suauè sonat leni Zephyritis & aura susurro.
Dulce decus terris, blanda quod astra vount.
Auspice sed Verbo, cui Vox praedit aurea carmen,
Quale dedit Bethles astriger ante chorus.
Ne dicam, Superis quod & vñque renarrat in oris,
Seraphicas inter turba canora lyras.
Felices oculi! tales spectate triumphos
Quis datur, vt biberit cor id ab aure melos.
At mage Vox felix, cui sancta susurrat I E S U M
Naïs, & hunc vitreâ fons canit ipse lyrâ.

*N*ij*Epigram.*